

Die Danziger Chronik vom Bunde,¹⁾ Fortsetzung, meldet: Heinrich Nichtenberger war der XXX Hochmeister. Do her geforen wart, forz darnoch hulgete und swur her dem Konige Kazimiro und der Krone zu Polen noch Eynhalt des ewigen Bredis. Her hilt das Ampt in Breden VII Jar, und starb (20. Febr. 1477) und leit zu Konigsberg begraben. (Fortsetzung folgt.)

Zur Geschichte der Konstanzer Diözesansynoden während des Mittelalters.

Von Karl Brehm, Vikar.

(Fortsetzung.)

Item nullus prelatus, cui de iure hoc competit, nostre dyöcesis audeat amplificare vel divina subtrahere nisi trina monitione premissa.

Hospitalitates ad omnes pro posse servant, maxime ad fratres mendicantes, nuntios curie Romane et nostre honeste recipiatis.

Nullus clericus relicta sua ecclesia resideat apud vicarium nisi de nostro indulto.

Item si convictus quis de crimine laycus de iuramento promisserit ab eo cessare et postmodum ipsum reiteraverit, publice coram ecclesia castigetur et nullatenus peccati venia intercedat.

Item nullus cappellanus audeat celebrare in castris domini seu plebani voluntate, nisi duximus hoc concedendum; et si plebis potentia subintroductus aliquis cappellanus plebizanis aliqua exhibuerit ecclesiastica sacramenta preter baptismum parvulorum, penitentias morientium et viaticum, se sciat ab officio suspensum et irregularem.

Item precipimus omnibus, qui propter insolentiam carnes comedere sole-

bant a capite ieiunii usque ad dominicam Invocavit, ut proxima feria tertia ante dictam dominicam cessent tam a carnibus quam a lacticiniis sub pena excommunicationis. Huius autem nostri mandati contemptori hanc penam temporalem adiungimus scilicet: quatuor solidos denariorum monete usualis, quorum duos dabit ecclesie et duos donabit, cui subest.

Nullus sacerdos audeat duas missas cantare uno eodemque die cum canone nisi in die natalis Domini.

Item precipimus etiam, ut clerici tonsuram et coronam convenientes deferant; quod si deferre renuerint, a suis beneficiis suspendantur.

Decani et alii prelati non audeant accepta pecunia dare indutias vel licentiam peccatori standi in peccatis.

Caveant sibi omnino prespiteri, ne signo vel verbo seu alio quovis modo prodant aliquatenus penitentes, sed, si prudentiori indiguerint consilio, illud absque ulla expressione caute requirant.

Item de monachis statuimus id observandum, ut continenter et caste viventes nichil proprii habeant, nisi quod eis ab abbate fuerit ex vi mutua ad ministrationem permissum. Nunquam deponant habitum monachalem nisi in opere exeuntes vel cum vadunt dormitum. Ab hora vespertina usque in crastinum post capitulum, nisi sint officiales et ex necessitate, clausure non exeant, nisi de prelati sui licentia seu eius, qui tunc temporis conventum tenuerit. Ab hora completorii usque ad ortum solis omnia claustrii hostia firmiter sint serata, nisi aliter ex rationabili causa fuerit faciendum. In ecclesia, dormitorio et refectorio continuum servetur silentium. Alii vero in locis certis temporibus ad civitatem vel villam non eant absque prelati sui licentia nec tunc proficiscantur (soli), sed cum uno socio sui ordinis vel, si necessitas suaserit, cum uno serviente discreto pariter honesto. Nec tunc etiam vestes aliquas deferant nisi suo ordini congruentes.

Abbates, quoque cappellani vel officiales eorum, quando pro negotiis ecclesie sue equitare voluerint, clausas

v. Cuba, Bischoff zu Samlandt von Her Heinrich v. Nichtenberg dem 30sten Homeister gefangen und erhungert ist (Paul Poles, preuß. Chron., script. rer. pruss. V, 194—201) und die ältere Hochmeisterchronik, dritte Fortsetzung, script. rer. pruss. III, 707.

¹⁾ script. rer. pruss. IV, 440. Ebenso hat Paul Poles, preuß. Chronik (script. rer. V, 148), die Chronik von Oliva (ebenda S. 634, 636), Verzeichnis der Hochmeister des Deutschordens ebenda III, (397).